



NO HAY QUIEN VIVA EN ROMA
Juvenal

(Sat. III)

1 Quamuis digressu ueteris confusus amici
2 laudo tamen, uacuis quod sedem figere Cumis
3 destinet atque unum ciuem donare Sibyllae.
4 ianua Baiarum est et gratum litus amoeni
5 secessus. ego uel Prochytam praepono Suburae;
6 nam quid tam miserum, tam solum uidimus, ut non
7 deterius credas horrere incendia, lapsus
8 tectorum adsiduos ac mille pericula saeuae
9 urbis et Augusto recitantes mense poetas?
10 sed dum tota domus raeda componitur una,
11 substitit ad ueteres arcus madidamque Capenam.
12 hic, ubi nocturnae Numa constituebat amicae
13 (nunc sacri fontis nemus et delubra locantur
14 Iudaeis, quorum cophinus fenumque supellex;
15 omnis enim populo mercedem pendere iussa est
16 arbor et eiectis mendicat silua Camenis),
17 in uallem Egeriae descendimus et speluncas

18 dissimiles ueris. quanto praesentius esset
19 numen aquis, uiridi si margine cluderet undas
20 herba nec ingenuum uiolarent marmora tofum.
21 hic tunc Vmbricius 'quando artibus' inquit 'honestis
22 nullus in urbe locus, nulla emolumenta laborum,
23 res hodie minor est here quam fuit atque eadem cras
24 deteret exiguis aliquid, proponimus illuc
25 ire, fatigatas ubi Daedalus exuit alas,
26 dum noua canities, dum prima et recta senectus,
27 dum superest Lachesi quod torqueat et pedibus me
28 porto meis nullo dextram subeunte bacillo.
29 cedamus patria. uiuant Artorius istic
30 et Catulus, maneant qui nigrum in candida uertunt,
31 quis facile est aedem conducere, flumina, portus,
32 siccandam eluuiem, portandum ad busta cadauer,
33 et praebere caput domina uenale sub hasta.
34 quondam hi cornicines et municipalis harenae
35 perpetui comites notaeque per oppida buccae
36 munera nunc edunt et, uerso pollice uulgus
37 cum iubet, occidunt populariter; inde reuersi
38 conducunt foricas, et cur non omnia? cum sint
39 quales ex humili magna ad fastigia rerum
40 extollit quotiens uoluit Fortuna iocari.
41 quid Romae faciam? mentiri nescio; librum,
42 si malus est, nequeo laudare et poscere; motus
43 astrorum ignoro; funus promittere patris
44 nec uolo nec possum; ranarum uiscera numquam

45 inspexi; ferre ad nuptam quae mittit adulter,
46 quae mandat, norunt alii; me nemo ministro
47 fur erit, atque ideo nulli comes exeo tamquam
48 mancus et extinctae corpus non utile dextrae.
49 quis nunc diligitur nisi conscius et cui feruens
50 aestuat occultis animus semperque tacendis?
51 nil tibi se debere putat, nil conferet umquam,
52 participem qui te secreti fecit honesti.
53 carus erit Verri qui Verrem tempore quo uult
54 accusare potest. tanti tibi non sit opaci
55 omnis harena Tagi quodque in mare uoluitur aurum,
56 ut somno careas ponendaque praemia sumas
57 tristis et a magno semper timearis amico.
58 quae nunc diuitibus gens acceptissima nostris
59 et quos praecipue fugiam, properabo fateri,
60 nec pudor obstat. non possum ferre, Quirites,
61 Graecam urbem. quamuis quota portio faecis Achaei?
62 iam pridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes
63 et linguam et mores et cum tibicine chordas
64 obliquas nec non gentilia tympana secum
65 uexit et ad circum iussas prostare puellas.
66 ite, quibus grata est picta lupa barbara mitra.
67 rusticus ille tuus sumit trechedipna, Quirine,
68 et ceromatico fert niceteria collo.
69 hic alta Sicyone, ast hic Amydone relictas,
70 hic Andro, ille Samo, hic Trallibus aut Alabandis,

71 Esquillas dictumque petunt a uimine collem,
72 uiscera magnarum domuum dominique futuri.
73 ingenium uelox, audacia perdita, sermo
74 promptus et Isaeo torrentior. ede quid illum
75 esse putes. quemuis hominem secum attulit ad nos:
76 grammaticus, rhetor, geometres, pictor, aliptes,
77 augur, schoenobates, medicus, magus, omnia nouit
78 Graeculus esuriens: in caelum iusseris ibit.
79 in summa non Maurus erat neque Sarmata nec Thrax
80 qui sumpsit pinnas, mediis sed natus Athenis.
81 horum ego non fugiam conchylia? me prior ille
82 signabit fultusque toro meliore recumbet,
83 aduectus Romam quo pruna et cottana uento?
84 usque adeo nihil est quod nostra infantia caelum
85 hausit Auentini baca nutrita Sabina?
86 quid quod adulandi gens prudentissima laudat
87 sermonem indocti, faciem deformis amici,
88 et longum inualidi collum ceruicibus aequat
89 Herculis Antaeum procul a tellure tenentis,
90 miratur uocem angustam, qua deterius nec
91 ille sonat quo mordetur gallina marito?
92 haec eadem licet et nobis laudare, sed illis
93 creditur. an melior cum Thaida sustinet aut cum
94 uxorem comoedus agit uel Dorida nullo
95 cultam palliolo? mulier nempe ipsa uidetur,
96 non persona, loqui: uacua et plana omnia dicas
97 infra uentriculum et tenui distantia rima.

98 nec tamen Antiochus nec erit mirabilis illic
99 aut Stratocles aut cum molli Demetrius Haemo:
100 natio comoeda est. rides, maiore cachinno
101 concutitur; flet, si lacrimas conspexit amici,
102 nec dolet; igniculum brumae si tempore poscas,
103 accipit endromidem; si dixeris "aestuo," sudat.
104 non sumus ergo pares: melior, qui semper et omni
105 nocte dieque potest aliena sumere uultum
106 a facie, iactare manus laudare paratus,
107 si bene ructauit, si rectum minxit amicus,
108 si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo.
109 praeterea sanctum nihil est ab inguine tutum,
110 non matrona laris, non filia uirgo, nec ipse
111 sponsus leuis adhuc, non filius ante pudicus.
112 horum si nihil est, auiam resupinat amici.
113 [scire uolunt secreta domus atque inde timeri.]
114 et quoniam coepit Graecorum mentio, transi
115 gymnasia atque audi facinus maioris abollae.
116 Stoicus occidit Baram delator amicum
117 discipulumque senex ripa nutritus in illa
118 ad quam Gorgonei delapsa est pinna caballi.
119 non est Romano cuiquam locus hic, ubi regnat
120 Protogenes aliquis uel Diphilus aut Hermarchus,
121 qui gentis uitio numquam partitur amicum,
122 solus habet. nam cum facilem stillauit in aurem
123 exiguum de naturae patriaeque ueneno,

124 limine summoueor, perierunt tempora longi
125 seruitii; nusquam minor est iactura clientis.
126 quod porro officium, ne nobis blandiar, aut quod
127 pauperis hic meritum, si curet nocte togatus
128 currere, cum praetor lictorem inpellat et ire
129 praecipitem iubeat dudum uigilantibus orbis,
130 ne prior Albinam et Modiam collega salutet?
131 diuitis hic seruo cludit latus ingenuorum
132 filius; alter enim quantum in legione tribuni
133 accipiunt donat Caluinae uel Catienae,
134 ut semel aut iterum super illam palpitet; at tu,
135 cum tibi uestiti facies scorti placet, haeres
136 et dubitas alta Chionen deducere sella.
137 da testem Romae tam sanctum quam fuit hospes
138 numinis Idaei, procedat uel Numa uel qui
139 seruauit trepidam flagranti ex aede Mineruam:
140 protinus ad censum, de moribus ultima fiet
141 quaestio. "quot pascit seruos? quot possidet agri
142 iugera? quam multa magnaue paropside cenat?"
143 quantum quisque sua nummorum seruat in arca,
144 tantum habet et fidei. iures licet et Samothracum
145 et nostrorum aras, contemnere fulmina pauper
146 creditur atque deos dis ignoscentibus ipsis.
147 quid quod materiam praebet causasque iocorum
148 omnibus hic idem, si foeda et scissa lacerna,
149 si toga sordidula est et rupta calceus alter
150 pelle patet, uel si consuto uolnere crassum

151 atque recens linum ostendit non una cicatrix?
152 nil habet infelix paupertas durius in se
153 quam quod ridiculos homines facit. "exeat" inquit,
154 "si pudor est, et de puluino surgat equestri,
155 cuius res legi non sufficit, et sedeant hic
156 lenonum pueri quocumque ex fornice nati,
157 hic plaudat nitidus praeconis filius inter
158 pinnirapi cultos iuuenes iuuenesque lanistae."
159 sic libitum uano, qui nos distinxit, Othoni.
160 quis gener hic placuit censu minor atque puellae
161 sarcinulis inpar? quis pauper scribitur heres?
162 quando in consilio est aedilibus? agmine facto
163 debuerant olim tenues migrasse Quirites.
164 haut facile emergunt quorum uirtutibus obstat
165 res angusta domi, sed Romae durior illis
166 conatus: magno hospitium miserabile, magno
167 seruorum uentres, et frugi cenula magno.
168 fictilibus cenare pudet, quod turpe negabis
169 translatus subito ad Marsos mensamque Sabellam
170 contentusque illic Veneto duroque cucullo.
171 pars magna Italiae est, si uerum admittimus, in qua
172 nemo togam sumit nisi mortuus. ipsa dierum
173 festorum herboso colitur si quando theatro
174 maiestas tandemque redit ad pulpita notum
175 exodium, cum personae pallentis hiatum
176 in gremio matris formidat rusticus infans,
177 aequales habitus illic similesque uidebis

178 orchestram et populum; clari uelamen honoris
179 sufficiunt tunicae summis aedilibus albae.
180 hic ultra uires habitus nitor, hic aliquid plus
181 quam satis est interdum aliena sumitur arca.
182 commune id uitium est: hic uiuimus ambitiosa
183 paupertate omnes. quid te moror? omnia Romae
184 cum pretio. quid das, ut Cossum aliquando salutes,
185 ut te respiciat clauso Veiiento labello?
186 ille metit barbam, crinem hic deponit amati;
187 plena domus libis uenalibus: accipe et istud
188 fermentum tibi habe. praestare tributa clientes
189 cogimur et cultis augere peculia seruis.
190 quis timet aut timuit gelida Praeneste ruinam
191 aut positis nemorosa inter iuga Volsiniis aut
192 simplicibus Gabiis aut proni Tiburis arce?
193 nos urbem colimus tenui tibicine fultam
194 magna parte sui; nam sic labentibus obstat
195 uilicus et, ueteris rimae cum texit hiatum,
196 securos pendente iubet dormire ruina.
197 uiuendum est illic, ubi nulla incendia, nulli
198 nocte metus. iam poscit aquam, iam friuola transfert
199 Vcalegon, tabulata tibi iam tertia fumant:
200 tu nescis; nam si gradibus trepidatur ab imis,
201 ultimus ardebit quem tegula sola tuetur
202 a pluuiis, molles ubi reddunt oua columbae.
203 lectus erat Cordo Procula minor, urceoli sex
204 ornamentum abaci, nec non et paruulus infra

205 cantharus et recubans sub eodem marmore Chiron,
206 iamque uetus Graecos seruabat cista libellos
207 et diuina opici rodebant carmina mures.
208 nil habuit Cordus, quis enim negat? et tamen illud
209 perdidit infelix totum nihil. ultimus autem
210 aerumnae cumulus, quod nudum et frustra rogantem
211 nemo cibo, nemo hospitio tectoque iuuabit.
212 si magna Asturici cecidit domus, horrida mater,
213 pullati proceres, differt uadimonia praetor.
214 tum gemimus casus urbis, tunc odimus ignem.
215 ardet adhuc, et iam accurrit qui marmora donet,
216 conferat inpensas; hic nuda et candida signa,
217 hic aliquid praeclarum Euphranoris et Polycliti,
218 haec Asianorum uetera ornamenta deorum,
219 hic libros dabit et forulos mediamque Mineruam,
220 hic modium argenti. meliora ac plura reponit
221 Persicus orbis lautissimus et merito iam
222 suspectus tamquam ipse suas incenderit aedes.
223 si potes auelli circensibus, optima Sorae
224 aut Fabrateriae domus aut Frusinone paratur
225 quanti nunc tenebras unum conducis in annum.
226 hortulus hic puteusque breuis nec reste mouendus
227 in tenuis plantas facili diffunditur haustu.
228 uiue bidentis amans et culti uilicus horti
229 unde epulum possis centum dare Pythagoreis.
230 est aliquid, quocumque loco, quocumque recessu,
231 unius sese dominum fecisse lacertae.

232 plurimus hic aeger moritur uigilando (sed ipsum
233 languorem peperit cibus imperfectus et haerens
234 ardenti stomacho); nam quae meritoria somnum
235 admittunt? magnis opibus dormitur in urbe.
236 inde caput morbi. raedarum transitus arto
237 uicorum in flexu et stantis conuicia mandrae
238 eripient somnum Druso uitulisque marinis.
239 si uocat officium, turba cedente uehetur
240 diues et ingenti curret super ora Liburna
241 atque obiter leget aut scribet uel dormiet intus;
242 namque facit somnum clausa lectica fenestra.
243 ante tamen ueniet: nobis properantibus obstat
244 unda prior, magno populus premit agmine lumbos
245 qui sequitur; ferit hic cubito, ferit assere duro
246 alter, at hic tignum capiti incutit, ille metretam.
247 pingua crura luto, planta mox undique magna
248 calcor, et in digito clauus mihi militis haeret.
249 nonne uides quanto celebretur sportula fumo?
250 centum conuiuiae, sequitur sua quemque culina.
251 Corbulo uix ferret tot uasa ingentia, tot res
252 inpositas capiti, quas recto uertice portat
253 seruulus infelix et cursu uentilat ignem.
254 scinduntur tunicae sartae modo, longa coruscat
255 serraco ueniente abies, atque altera pinum
256 plaustra uehunt; nutant alte populoque minantur.
257 nam si procubuit qui saxa Ligustica portat
258 axis et euersum fudit super agmina montem,

259 quid superest de corporibus? quis membra, quis ossa
260 inuenit? obtritum uolgi perit omne cadauer
261 more animae. domus interea segura patellas
262 iam lauat et bucca foculum excitat et sonat unctis
263 striglibus et pleno componit lintea guto.
264 haec inter pueros uarie properantur, at ille
265 iam sedet in ripa taetrumque nouicius horret
266 porthmea nec sperat caenosi gurgitis alnum
267 infelix nec habet quem porrigat ore trientem.
268 respice nunc alia ac diuersa pericula noctis:
269 quod spatium tectis sublimibus unde cerebrum
270 testa ferit, quotiens rimosa et curta fenestris
271 uasa cadant, quanto percussum pondere signent
272 et laedant silicem. possis ignauus haberi
273 et subiti casus inprouidus, ad cenam si
274 intestatus eas: adeo tot fata, quot illa
275 nocte patent uigiles te praetereunte fenestrae.
276 ergo optes uotumque feras miserabile tecum,
277 ut sint contentae patulas defundere pelues.
278 ebrius ac petulans, qui nullum forte cecidit,
279 dat poenas, noctem patitur lugentis amicum
280 Pelidae, cubat in faciem, mox deinde supinus:
281 [ergo non aliter poterit dormire; quibusdam]
282 somnum rixa facit. sed quamuis improbus annis
283 atque mero feruens cauet hunc quem coccina laena
284 uitari iubet et comitum longissimus ordo,
285 multum praeterea flammaram et aenea lampas.

286 me, quem luna solet deducere uel breue lumen
287 candelae, cuius dispenso et tempero filum,
288 contemnit. miserae cognosce prohoemia rixae,
289 si rixa est, ubi tu pulsas, ego uapulo tantum.
290 stat contra starique iubet. parere necesse est;
291 nam quid agas, cum te furiosus cogat et idem
292 fortior? "unde uenis" exclamat, "cuius aceto,
293 cuius conche tumes? quis tecum sectile porrum
294 sutor et elixi ueruecis labra comedit?
295 nil mihi respondes? aut dic aut accipe calcem.
296 ede ubi consistas: in qua te quaero proseucha?"
297 dicere si temptes aliquid tacitusue recedas,
298 tantumdem est: feriunt pariter, uadimonia deinde
299 irati faciunt. libertas pauperis haec est:
300 pulsatus rogat et pugnus concisus adorat
301 ut liceat paucis cum dentibus inde reuerti.
302 nec tamen haec tantum metuas; nam qui spoliet te
303 non derit clausis domibus postquam omnis ubique
304 fixa catenatae siluit compago tabernae.
305 interdum et ferro subitus grassator agit rem:
306 armato quotiens tutae custode tenentur
307 et Pomptina palus et Gallinaria pinus,
308 sic inde huc omnes tamquam ad uiuaria currunt.
309 qua fornace graues, qua non incude catenae?
310 maximus in uinclis ferri modus, ut timeas ne
311 uomer deficiat, ne marra et sarcula desint.
312 felices proauorum ataus, felicia dicas

313 saecula quae quondam sub regibus atque tribunis
314 uiderunt uno contentam carcere Romam.
315 his alias poteram et pluris subnectere causas,
316 sed iumenta uocant et sol inclinat. eundum est;
317 nam mihi commota iamdudum mulio uirga
318 adnuit. ergo uale nostri memor, et quotiens te
319 Roma tuo refici properantem reddet Aquino,
320 me quoque ad Heluinam Cererem uestramque Dianam
321 conuerte a Cumis. saturarum ego, ni pudet illas,
322 auditor gelidos ueniam caligatus in agros.'

Traducción

Por desgraciado que me haya dejado la marcha de mi querido amigo, yo aprecio su decisión de instalarse en Cumas, hoy casi vacía, y se constituya en vecino de la Sibila.

Cumas es la puerta de Baias, esa costa encantadora que brinda un delicioso retiro. Por mi parte, prefiero Prócida a la Suburra.

Pero por mucha que sea la soledad de estos lugares es mejor acogerse a ellos que no vivir en la terrible Roma con los espantos de sus incendios, los derrumbamientos de las casas, y sus poetas, que no dejan de recitar sus versos ni en pleno agosto.

Mientras se colocaba en el carro el equipaje de Úmbrico, detúvose éste a contemplar los arcos antiguos, junto a, la puerta Capena. Allí donde Numa celebra sus entrevistas nocturnas con su amiga.

Ahora los mármoles de la fuente sagrada, el santuario y estos bosques, en otro tiempo morada de las musas, los poseen en alquiler los judíos.

Descendimos la calle de Egeria, donde sus grutas artificiales alejan la idea de la divinidad, presente sobre las aguas, y el verde césped de antaño, y profana con sus mármoles la hermosa piedra primitiva.

Puesto que no hay sitio en Roma, gritaba Úmbrico, para las profesiones honradas, que ahora producen menos que ayer, y mañana producirán menos que hoy, huyo a los lugares donde Dédalo se despojó de sus alas fatigadas. Apenas blanquean mis cabellos; mi vejez, de la que estoy en los comienzos, es sana y vigorosa; no necesito bastón, porque mis piernas son fuertes; abandono a mi patria. Que sigan en ella Antonio y Cátulo; que se queden los que cambian lo blanco por lo negro; los que especulan con todo; los que comercian con esclavos; los que explotan el templo, y el mercado y la sucia cloaca, y hasta los cadáveres que llevan a la pira.

Antes, con sus mofletes hinchados, tocaban el cuerno en las luchas del circo, y de todos eran señalados por su baja estofa. Ahora organizan los Juegos, y cuando la multitud lo ordena, volviendo el pulgar hacia abajo, matan a los luchadores vencidos. Todo lo pueden, ejemplo vivo de cómo la Fortuna eleva a lo más alto, para divertirse, a los que proceden de más bajo.

¿Qué haría yo en Roma? Yo no sé mentir. Si un libro es malo no soy capaz de elogiarlo. Nada sé del movimiento de los astros; no puedo, pues, vaticinar a un hijo la próxima muerte de su padre.

Yo os diré qué tipo de magnate es el mejor mirado, y del que me aparto cuanto puedo.

No puedo aguantar una Roma a la griega. Escasa cantidad del elemento aqueo entra en esta hez. Hace mucho tiempo que el Oronte, río de Siria, desagua en el Tíber, trayendo el lenguaje y las costumbres de ese país; el arpa de cuerdas oblicuas, los tañedores de flauta, los tamboriles exóticos y las muchachas cuya operación es buscar clientes paseando por las proximidades del Circo.

Id a buscarlas vosotros, los que gustáis de estas lobas de pintados cabellos. Pero este rústico descendiente es de otro parecer.

El uno abandona la alta Sicyone, el otro Amidón, el de más allá Samos, Trales o Alabanda, para marchar a la conquista del Esquilino y la colina a la que el vimen (mimbre) ha dado su nombre.

Helos ahí, en espera de ser los amos, los señores de las grandes casas. Poseen inteligencia viva, desvergüenza y elocuencia más caudalosa que las aguas del Iseo.

¿Te das cuenta bien de lo que es un griego? Gramático, retórico, geómetra, pintor, masajista, augur, médico, saltimbanqui, mago... ¡ Subirá hasta el cielo si le conviene! Un griego hambriento sabe todos los oficios. No era tracio, ni mauritano, ni sármata el que se puso dos alas para volar: había nacido en Atenas, el corazón de Grecia.

Hay quien vino a Roma de vendedor de higos y ciruelas, y conducido por los vientos de la suerte, me impondrá sus leyes y se acostará en un lecho mejor que el mío. Pero aun llegan a más. Gente experta en lisonjas, alaba la conversación del ignorante, el talle del jorobado y el vigor del que se desmaya de puro débil.

También entre nosotros hay aduladores. Pero no es al romano, sino al griego, a quien aprovechan las lisonjas, porque a él se las creen.

Se vuelcan en elogios cuando un actor representa a la perfección Tais, o hace un papel de esposa, o a Doris totalmente desnuda, de modo que nadie dijera que es un hombre en vez de una mujer, pues de todo es liso y llano en su bajo vientre.

Nosotros no admiramos a un Antíoco, a un Estratocles, a un Demetrio o a un Hemo desvergonzado. Pero en Grecia... Toda Grecia es comediente.

Ríen mucho más que tú, con grandes carcajadas cuando hay que reír. Y cuando hay que llorar lo hacen a lágrima viva, pero sin el menor sentimiento. Si dices que tienes frío, ellos se abrigan, y si que tienes calor, ellos se desnudan y hasta los verás sudar.

La partida es desigual. Quien se adapta al parecer del otro y todos los días y todas las noches está dispuesto a la complacencia y hasta dedica besos al que orina bien, haciendo resonar su orinal de oro, juega con enorme ventaja.

Añade a esto que, para ellos, no hay nada digno de respeto, nada seguro contra su lascivia: ni la austera matrona, ni la joven casada, ni la virgen, ni el muchacho todavía puro. Incluso se lanzan sobre la abuela del amigo.

Procuran enterarse de secretos de familia para hacerse temer. Escucha esto que te digo: un togado de los más prestigiosos hizo matar, mediante su acusación, a su amigo Barea, y más tarde, ya viejo, sacrificó a un su discípulo, criado en aquellas costas en donde cayó una pluma del caballo de la Gorgona.

Allí donde reina un Protógenes, un Dífilo, un Hermarco, no hay lugar para un romano. Uno de esos viles es el que vertió su veneno en el oído de quien pudo echarme a la calle. ¿Qué importa mis trabajos y servicios?

No hay que hacerse ilusiones. Aquí el hijo de un hombre libre, sirve de criado al esclavo de un rico.

Hay individuos que pagan a la ramera Calvina o a la ramera Catiena, por gozarlas una o dos veces, el dinero que gana un tribuno de legión. Tú en cambio, habrás de pensarlo mucho si te gusta Quione y quieres poseerla.

¿Qué importa que testifique ante la justicia el mismísimo huésped que albergó el templo de Ida?

Comparezca Numa o el que salvó a Minerva de su templo incendiado, es igual. Del ciudadano interesará su fortuna, y, si acaso, se le preguntará sobre su moralidad. Pero siempre, cuántos esclavos mantiene, cuántas yugadas de tierra posee, cuántos platos y de qué cuantía se sirven en sus banquetes.

Se inspira tanta confianza cuanto dinero se posee. Nada vale el juramento del pobre, aunque lo haga ante los altares y por los dioses.

La lúgubre pobreza lleva consigo el estigma más duro: el de hacer ridículos a los hombres.

¡Cómo divierte ver una capa sucia o hecha jirones, una toga raída, unos zapatos rotos, y más si deja ver por su rotura los dedos de los pies!

¡Fuera los humildes! ¡Fuera los banquetes de los caballeros, el que no tenga rentas! ¡Que se siente en su lugar el hijo de un pillastre engendrado bajo cualquier puente!

Al estúpido Otón, debemos gran parte de estas distinciones jerárquicas. Ningún yerno es bien visto, si tiene menos dinero que la novia, y a ningún pobre se le llama a asesorar a los ediles.

Hace mucho tiempo que todos los romanos debieran haber emigrado de Roma. ¿Cuánto cuesta una mísera vivienda? Las dificultades domésticas deprimen el ánimo e impiden al virtuoso mostrar su valor.

A muchos les avergüenza comer en platos de barro. Sostener unos pocos esclavos, alimentarse con suficiencia cuesta cantidades exorbitantes.

Se dice que existe una vasta región del territorio italiano en que a nadie se le ve con toga, sino cuando se muere. Cualquier solemnidad, si alguna vez se celebra en estos lugares, tiene por teatro el suelo de tierra, y, si se representa una comedia popular de esas que hacen llorar a los niños en los brazos de sus madres, se verán en la escena las máscaras descoloridas y el vestuario tan pobre como el de los espectadores. Solamente los altos personajes lucirán la túnica blanca, como gala de su categoría.

En Roma, ocurre lo contrario. Se viste mejor de lo que permiten las posibilidades económicas. La ostentación sobrepasa a la prudencia, aunque haya que recurrir al préstamo del vecino. Es un vicio de todos. Somos pobres, pero vanidosos.

Todo en Roma tiene su precio. ¿Cuánto te cuesta la vanidad de codearte con Cosío o de que Veienton se digne dirigirte una mirada, sin despegar los labios?

Hay que destacarse. Uno se afeita la barba; otro, corta el cabello a su favorito. Quien, convida en su casa, y la llena de golosinas; pero ha de pagarlas. Tú, calla y come.

Si tienes tu casa en la deliciosa Preneste; en Volsena, de frondosos jardines; en la tranquila Gabio, o en el pétreo anfiteatro de Tibur, no temas que se desplome o arruine. Tiene sólidos cimientos.

En cambio, nosotros tenemos nuestras viviendas construidas sobre débiles apoyos.

No insistas en tus temores. La autoridad dirá, a los inquilinos de la casa próxima a derrumbarse, que duerman tranquilos, bajo la amenaza de perecer.

Uno reclama el agua al desalojar su chamizo, porque ya arde el tercer piso. El miedo subió desde el piso bajo y el fuego con él hasta el desván, protegido de la lluvia por las tejas, allí donde las palomas se arrullan, donde se recogen para poner sus huevos.

Codro tenía una cama demasiado pequeña para Prócula. Y adornaba su aparador con seis jarritas. Y, en la parte baja, un ánfora con un pequeño centauro Quirón, de mármol.

Poseía también, en un viejo armario, divinos libros griegos, que los ratones habían roído poco a poco.

En realidad, Codro, reducido a su pobreza, no tenía nada; pues bien, esta nada le perdió totalmente y quedó desnudo y a la intemperie; por lo que se vio obligado a pedir un poco de alimento y un techo bajo el cual cobijarse. Nadie le hizo caso. En cambio, un día es pasto de las llamas el magnífico palacio de Pérsico, y todos se conmueven. Las damas olvidan sus atavíos, nuestros patricios se ponen de luto, los magistrados suspenden los juicios. Es entonces cuando se maldice al fuego y se lamentan las catástrofes que ocurren en Roma.

Todavía arde el palacio, cuando ya se emprende su reconstrucción. Un rico ofrecerá mármoles y bronces; otro, donará blancas estatuas desnudas; otro, alguna obra maestra de Eufranor o de Policleteo; el de más allá, tapices y libros; el de más acá, una Minerva de plata y bastante dinero. De suerte a que el viejo Pérsico, hombre riquísimo y sin hijos, obtendrá mucho más de lo que ha perdido. Hasta el punto de que surge la sospecha de que haya sido él mismo quien incendió su casa.

Si tienes voluntad para prescindir de los juegos del circo, búscate una casa en Sora en Fabrateria, en Frusino y la encontrarás muy confortable por lo que, en Roma, te cuesta el alquiler de un cuartucho miserable.

Tendrás un jardín, con un pozo no muy profundo de donde podrás sacar tú mismo, sin gran esfuerzo, el agua necesaria para regar el césped y la huerta.

Trabaja con la azada tus tierras, cosa que te causará gran satisfacción y el producto suficiente para dar de comer a cien pitagóricos. Tener una propiedad, aunque sea humilde, ya es algo.

En Roma hay muchas personas que mueren de insomnio. ¿En qué casa de vecinos, de Roma, se puede conciliar el sueño? Es preciso tener mucho dinero para poder dormir en esta ciudad.

El paso de los coches por las estrechas calles, los juramentos de los cocheros, que tienen que detenerse a cada momento, le quitarían el sueño al mismo Drudo, y a las vacas marinas.

Nos vemos obligados a mezclarnos con la multitud. Si tengo prisa, como si no la tengo, he de caminar al paso que los demás quieren.

El uno me estruja; el otro me mete el codo por los riñones; el otro, que lleva un madero, me da con él en la cabeza, el otro con un cántaro. Mis piernas se cansan, se hinchan, mis pies se meten en barrizales.

¿No ves el barullo y el humo con que acuden a la espórtula? Son cien, mil individuos, que desfilan provistos con sus cacharros de cocina.

Mira a Corbulón: enormes vasijas, grandes cestos llevan sobre la cabeza, erguido el cogote, sus desgraciados esclavos.

Muchas túnicas se desgarran. Si la carreta que lleva mármoles de Liguria vuelca, aplastará a sus vecinos.

El carromato, cargado con árboles enteros, amenaza con sus movimientos a la multitud. Una teja despedida por el viento cae sobre ti y te rompe la cabeza. Por la noche tiran desde las ventanas a la calle cacharros rotos, objetos inservibles, que se estrellan contra el suelo, si no te encuentran en su camino. Te lo aseguro: serás un temerario si acudes a una cena sin antes haber hecho testamento. Debes considerarte venturoso, si pasas de noche por una calle y no vierten sobre ti más que el contenido de los bacines.

Se castiga al borracho que no ha bebido vino, y al pendenciero que no ha tenido ninguna querrela. Tú vas por la calle tranquilo. Un joven desvergonzado y ebrio, que luce su manto escarlata, te manda parar.

No hay más que obedecer. El joven lleva un largo acompañamiento de servidores con antorchas y lámparas de bronce. Como yo no me alumbro con más luz que la de la luna, o la de un pobre candil, me desprecia.

El caballero, que puede ser un loco y más fuerte que yo, me interroga con altanería: «¿De dónde vienes? -grita-. ¿En qué casa te has llenado la tripa de habas y vino? ¿Qué bellaco ha compartido contigo la bazofia de cebolla y hocico de cordero? ¡Contesta!... -y me da una patada-. ¿De qué sinagoga sales o eres un

pardiosero que pide por las calles?». Y te da más patadas. Si se contesta o trata uno de retirarse en silencio, es lo mismo. Te pegan y después te entregan a la ronda.

Con estos aristócratas, el pobre no tiene otro recurso que implorar, aunque lo tundan a puñetazos y puntapiés y, si logra que lo dejen marchar, debe irse contento si conserva algunos dientes.

Pero no es esto sólo lo terrible. Abundan los salteadores que te despojan cuando nadie puede acudir en tu auxilio, porque todas las puertas están cerradas y las tiendas atrancadas con fuertes barrotes.

A veces el salteador te ataca puñal en mano. Los facinerosos pueden actuar libremente, mientras patrullas de guardias armados custodian las lagunas pontinas y el bosque Galinaria es vigilado constantemente.

Armados y bien armados, porque para ellos forjan el hierro fraguas y yunques, aunque se carezca de este metal para fabricar arados, azadas y piquetas.

¡Felices los tatarabuelos de nuestros bisabuelos! ¡Felices los siglos pasados, que bajo los reyes o bajo los tribunos se contentaban con no ver en Roma más que una sola cárcel!

Mucho más podría decirte en abono de los motivos que aconsejan dejar Roma. Pero las mulas se impacientan y el crepúsculo avanza. El mulero agita su vara indicándome que ya es hora de partir. Adiós, y no me olvides. Y ten presente que cuando Roma te obligue al descanso y te refugies en Aquino, yo acudiré a tu primera llamada e iré desde Cumas a reunirme contigo, abandonando las cercanías de Ceres Helvina y de tu adorada Diana. Me verás llegar con mis botas campesinas para escuchar tus sátiras, si a ello no se opone tu musa.

(Trad. A. Espina)